

OBSERVATIONES
IURIS ROMANI ET SAXONICI
Q V A S
P R A E S I D E
D. GEORGIO STEPHANO
WIESANDIO

PROFESSORE INSTITUTIONVM ORDINARIO CVRIAЕ
PROVINCIALIS SCABINATVS ATQVE COLLEGIN
IVRECONSULTORVM ASSESSORE

DIE VIII IUNII A. R. S. CICIOCCCLXXVI

H. L. Q. S

PUBLICA DISCEPTATIONE DEFENSVRVS EST

CAROLVS GOTTFRID. BIRLING

LEYCOPETRENsis



S P E C I M E N I I I .

VITEMBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRIST. DÜRRII ACAD. A TYPIS

I.

Educator cum alumna iustum contrahit matrimonium.

Si qua in re, certe in contrahendo matrimonio naturalem honestatem diligenter esse custodiendam, prisci Iureconsulti serio praecipiunt. Hinc eos, quos ipsa natura arcto coniunxit vinculo, ne quid detimenti caperet morum castitas, sapienter coercuerunt, eorumque coniunctiones tamquam inhonestas improbarunt, ita quidem, ut nec vulgo quae sitam filiam pater naturalis, nec adoptiuam pater adoptius vxorei ducere potuerit. Etenim in nuptiis ineundis naturale ius et pudorem esse inspicendum, egregie monet Paulus in l. 14. §. 2. *D. de ritu nuptiar.* Modestinus vero in l. 42. *Titul. excitat.* praeceptum hocce tradit: *Semper in coniunctionibus non solum, quid licet, considerandum est, sed et quid honestum sit.* Cuius rei argumentum certissimum suppeditat auctoritas Iuliani, qui quidem existimauit, abstinentum esse nuptiis eius, quam vxor post diuortium alii nupta, ex novo matrimonio suscepit. Probauit hanc sententiam ob eximium castitatis tuendas studium, Vlpianus in l. 12. §. 3. *D. Titul. eod.* eamque, ut tirones artis nostrae ad honestatis vim percipientiam magis excitaret, Tribonianus §. 9. *I. de nupt.* grata memoria repetit. Quae cum ita sint, facile intelligitur, cur veteres dubitauerint, num inter educatorem et alumnam nuptiae ineantur legitimae? Qui enim humanitate commotus, liberos alienos liberaliter alit, patris quasi naturalis munere fungi videtur, qui vti ipsam rem publicam magno afficit beneficio, ita quoque ab alumnis sancta pietate erit colandus. Eam ob caussam Imperator Constantinus in l. 1. *Cod. Theodos.* de expost. functionem euulgavit aequitatis plenissimam, his quidem verbis: *quicunque puerum, vel puellam, proieclam de domo patris vel domini voluntate scientiaque collegerit, ac suis alimentis ad robur prouexerit, eundem retineat sub eodem statu, quem apud se collectum voluerit agitare, hoc est, siue filium, siue serum esse maluerit, omni repetitionis inquietudine penitus submouenda eorum, qui seruos ac liberos scientes propria voluntate domo recens natos abicerint.* Licet vero educatorum arbitrio permiserit, quo iure alumno amplecti voluerint, id tamen certum est, liberos alieno beneficio educatos, arctissimo pietatis vinculo obstrictos, iis, a quibus alimenta accepere necessaria, reuerentiam debere perpetuam. Videntur eiusmodi educatores parentibus naturalibus maxime esse similes, dum idonea vitae agendae subsidia suppeditant, et, cum non legum auctoritate, sed solo humanitatis sensu compulsi, beneficia tribuunt voluntaria, multos parentes liberalitate superant. Non igitur mirandum, quod saepe sibi parentum nomina vindicauerint, vti ex antiquis appetaret

paret inscriptionibus in Guilielm. Fleetwoodii *sylloge inscription. antiquar.* p. 218 seqq. Imposita quoque esse alumnis educatorum nomina, satis luculenter ostendit Scaeula in l. 83. §. 6. de legat. II. Neque aduersus educatorem, qui alumnum retinet, interdictum de libero homine exhibendo conceditur, quia, dum iure suo vititur, dolum malum non admittit, nec cuidam facit iniuriam, quin potius pietatis causa, eum retinere creditur. L. 3. §. 4. D. de hom. liber. exhibend. Quam pietatem quoque respexerunt veteres, dum legem Aeliam Sentiam ita interpretati sunt, ut domino viginti annis minori potestate alumnos manumittendi fecerint. §. 5. I. qui et ex quibus causs. manumittere non possunt. L. 13. D. de manumiss. vindict. Licit igitur quidam veterum non inepte prorsus quaestionem, num legitimum inter educatorem et alumnum contrahatur connubium, proposuerint, nec fortassis adhuc desint, qui studio honestatis sectandae nimis anxi, eiusmodi coniugia tamquam illicita vituperent, iii tamen assentiri nullo modo possumus. Certe lex naturae non impedit, quo minus quis eam, quam aliut multisque ornauit beneficiis, vxorem ducat. Ipsa potius natura parentes naturales ab educatoribus sat accurate discernit. Neque leges ciuiles eiusmodi connubia improbant. Multum quoque educator a patre adoptiuo differt. Adoptione enim, ut norunt omnes, ius agnationis et per consequens ius succedendi ab intestato, in filium adoptiuum transfertur. At educatori alumnus non fit agnatus, neque is, si educator intestatus deceperit, legitimam hereditatem consequitur. Omnem denique dubitandi causam fustulit Iustinianus in l. 26. C. de nupt. quae ita concepta est: si quis alumnus suam libertate donauerit, et in matrimonio suo collocauerit, dubitabatur apud antiquos, utrumne huiusmodi nuptias legitimae esse videantur, an non. Nos itaque vetustam ambiguitatem decadentes, non esse veritatum matrimonium censensus. Si enim ex affectu omnes introducuntur nuptiae, et nihil impium, nec legibus contrarium in tali copula exspectamus, quare praedictas nuptias inhibendas existimemus? Nec enim homo sic impius inuenitur, ut quam ab initio loco filiae habuit, eam postea in suo collecto matrimonio, sed ei credendum est, quia eam et ab initio non ut filiam educauit, et libertate donauit, et dignam esse postea suo putauit matrimonio.

II.

Matrimonium a parentibus vi extortum tamquam nullum rescindi potest.

Recte statuit Vlpianus in l. 30. D. de R. I. non concubitum, sed consensum facere nuptias. Sic enim amica sive concubina ab vxore iusta maxime discernitur. Neque senibus decrepitis, postquam Iustinianus legem Iuliam et Papiam in l. 27. C. de nupt. prorsus fustulit, matrimonio interdicti potest. Licit vero ipsa suadeat naturalis aequitas, ut matrimonium in primis libero eorum, qui illud inituri sunt, arbitrio constituantur, id tamen cum magna cautione erit affirmandum. Ut enim liberi

liberi patriæ potestati subiecti, matrimonium, nisi pater consenserit, contrahere non debent, ita e contrario saepenumero totum negotium a sola voluntate paterna pendere videtur. Impuberes despoderi posse, satis expeditum est. Paulus in *recept. sentent. Libr. 2. Tit. 19. §. 1.* Certa enim aetas contrahendis sponsalibus definita non est, et, quamvis Imperator Augustus, vti Suetonius in eius *vita cap. 34.* refert, tempus sponsas habendi coarctauerit, atque ea duntaxat sponsalia probauerit, quibus biennio post, iustae accedere possent nuptiae, hanc tamen sanctionem vslu haud suisse frequentatam, ex sententiis veterum luculenter perspicitur *L. 9 et 14 D. de sponsalib.* Quodsi vero vel impuberes recte despondeantur, id potissimum parentum, in quorum potestate sunt, auctoritate effici, dubitari non potest. Quia voluntati paternae et tunc standum est, si pactum de nuptiis filiae pater inierit, postea vero rebus humanis morte inopinata exemptus, negotium non perficerit. Ita enim rescripsierunt Imperatores Honorius et Theodosius in *I. 4. C. de sponsalib.* Patrem, dum filia eius potestati subest, sponso nuncium remittere et sponsalia dissoluere posse, Vopianus auctor est in *L. 9. D. de sponsalib.* Iam igitur facile quis credit, veteres Romanos omnia permisisse patris arbitrio, ita quidem, vt is pro imperio coniugium rexerit. Sed salua res est. Licet enim olim patresfamilias Romani feuera potestate familiam subiectam gubernauerint, liberos tamen, vt matrimonium cum personis destinatis iungerent, compellere haud potuerunt. Hinc Terentius Clemens in *I. 21. D. de rit. nuptiar.* contendit, non cogi filiumfamilias vxorem ducere. Disertis vero verbis in eandem sententiam sanxere Imperatores Diocletianus et Maximianus in *I. 12. C. de nupt.* nec filium quidem familias inuitum ad vxorem ducentam cogi. Magna quidem vis est auctoritatis paternae, sed non tanta, vt ipsam naturalem aequitatem vincat. Iure naturali si rem aestimamus, patri tantum non est tribuendum, vt filium ad connubium cum certa persona ineundum cogere queat, vti dudum bene obseruauit Christian. Gottlieb. Schwarzius in *disserat. de limitib. pietat. liberor. erga parentes §. 33.* Tantum igitur abest, vt secundum iuris Romani placita pater liberos in matrimonium tamquam in pistrinum detrudere potuerit, vt potius matrimonio vi metuque extorta irrita visa fuerint. *I. 14. C. de nupt.* Neque hodie aliter iudicamus. Confessionem parentum vbius in Germania exigimus. At minis feueris, verberibus et flagellis liberos adigere, vt vota concepta impleant, iniustum esse statuimus. Cum igitur ante aliquot annos eiusmodi flebilis species, maxima litigatorum contentione agitata, Iureconsultis Vitembergensibus decidenda offerretur, hi quidem pro naturali libertate iudicium tulerunt. Non erit inutile, hanc controversiam paullo copiosius enarrare. Ambierat quis filiam, cuius quidem amorem maximo studio sibi conciliare laborabat. Parentes votis annuunt. Filia e contrario, sibi hunc candidatum maximopere displicere, significabat, seque nullo modo eius petitioni locum daturam, serio cum ipsis parentibus, tum etiam cupido sponso declarabat. Hie omnia opprobria in bonam partem interpretabatur eaque certa esse verecundiae virginalis documenta, aiebat. Parentes instant, monent, urgunt, et, cum filiana omnes conditiones animo constanti prorsus repudiare, animaduertunt, precibus feueras adiungunt minas.

Filia

Filia iuxta ad nuptias trahitur. Instruitur epulum, coniungitur odioso marito filia publice in ecclesia, totum negotium perficitur. Nouus maritus thalamum concedit iuraque conubialia exercere incipit. Sed noua nupta toto animo ab eo abhorret. Cum nouellus maritus animum muliebrem nec blanditis, nec precibus expugnari posse videt, actionem aduersus eam in deducium ducit, atque, ut iudicis auctoritate in possessione iurium conubialium descendatur, petit. Iam decretum interponitur hac formula: daß sie Klägern ehelich bezuwohnen, und, was die Pflicht einer Hauswirthin ist, zu verrichten schuldig. Referuatur tamen eidem facultas probandi exceptionem metus et vis oppositam. Hanc probationem laeta suscipit, atque taliu[m] fide exceptions semiplene probat. Iureconsulti Vitembergenes mensi Decembri anno 1770 item finiunt hac quidem sententia: würde Beflagte mittelst Eydes erhalten, und, daß sie von ihren Eltern zu Eingehung der Ehe mit Klägern, wirklich gezwungen worden, sie auch nach erfolgter Ehe, letztern nicht freywillig ehelich beygewohnet, vielmehr der elterliche Zwang, nach bereits geschlossener Ehe, noch immer fortgedauert, in Supplementum schwören, so hat sie dasjenige, so ihr zu erweisen nachgelassen, und sie sich angemessen, wie Recht, erwiesen, derowegen sie Klägern ehelich bezuwohnen, und, was die Pflicht einer Hauswirthin ist, zu verrichten nicht schuldig, sondern es ist die zwischen ih[er] und Klägern vollzogene Ehe als null und nichtig hinwiederum aufzuheben, es bleibt aber beyden Theilen sich anderweit chrisstlich zu verehelichen billig nachgelassen, und werden die beyderseits aufgewandte Unfosten, aus bewegenden Ursachen, gegen einander compensiret und aufgehoen. Breuitatis caussa tantum rationes decidendi annexamus. Dennoch aber umb dieweil die Beweis- Zeugen deswegen, weil selbige diejenigen Facta, welche eigentlich das Thema probandum ausmachen, nicht einstimmig zu bekräftigen vermocht, sondern nur, wie aus deren ad Articul. probator. 1—33 erstateten Aufsagen erhelet, einzelne Handlungen angeben können, insbesondere aber den Hauptumstand, ob Beflagte nach bereits vollzogener Ehe, Engeln freywillig ehelich beygewohnet, in Betracht, daß aus dem, was sie ad Articul. probator. 39 deponiret, das Gegenthil davon, hinlänglich sich nicht verificiret, nicht wissen können, gleichwohl aber Kläger Beflagter hierüber loco Redemonstrationis, den Eyd deferiret, und auf sothanen Umstand, in Erwägung, daß die nachhero erfolgte freywillige eheliche Beywohnung den vorhergegangenen Zwang purgiret,

C. 21. X. de sponsal.

bey gegenwärtiger Sache vieles ankommt, und insgemein ex subsecuta cohabitatione consensus coniugalis geschlossen wird,

Stryk de diffens. sponsal. Scti. 4. §. 12.

das Thema probandum hinlänglich nicht bestärken, bey so bewandten Umständen aber, und damit die von Klägern diesfalls gemachte Replie gänzlich elidiret werde, Beflagte den ihr zuerkannten Eyd, als welcher auch in Ehe-Sachen statt findet,

Boehmer in iur. ecclesiast. protestant. Libr. 4. Tit. 1. §. 43.

Gribner in dissertat. de his, quae ex iur. protestant. matrimonial. ad reliquias sacramenti perperam referuntur §. 24.

Leyser Specim. 135. Meditat. 8.

zu leisten sich nicht entbrechen mag, hiernächst die von Klägern hin und wieder vorgebrachte Einwendungen, in Betracht, daß die Ehe schlechterdings zu ihrer Gültigkeit eine freiwillige und deutliche Einwilligung derer, welche sie mit einander errichten, notwendig voraussetzt,

L. 2. D. de rit. nupt.

L. u et 13 D. de sponsal.

L. 14. C. de nupt.

C. 14 et 25 X. de sponsal.

dieser freien Einwilligung aber Furcht und Zwang entgegen steht, und die Eltern ihre Kinder wider ihren Willen zu einer so wichtigen Handlung, wovon mehrheitlich die Glückseligkeit des künftigen Lebens abhängt, zu zwingen nicht befugt, der von Beklagter vorgegebene elterliche Zwang und die ihm diesfalls eingezogene Furcht aber allerdings für widerrechtlich zu achten, keinen rechtlichen Verfall verdienen, mithin, da ferne selbiger plene erwiesen wird, die zwischen Klägern und Beklagter getroffene Ehe aus denen vorher angeführten Ursachen, als welche derer bewährtesten Rechtslehrer Meynung nach, dergleichen Versprechen ungültig machen,

Carpzov in iurisprudent. consistor. Libr. 2. Tit. 2. def. 27.

Berger in Oeconom. iur. Libr. 1. Tit. 3. §. 6.

Boehmer in iur. ecclesiast. protestant. Libr. 4. Tit. 1. §. 19 seqq.

für nichtig zu erklären und zu cassiren, die beyde seit aufgewandte Kosten aber, weil keiner von beiden Theilen gänzlich temere litigiret, gegen einander zu compensiren gewesen ic. ic. Ceterum non possumus non hac occasione commendare ea, quae de hoc arguento attulit Carol. Annibal. Fabrotus in exercitat. in Euerard. Ottonis thesaur. iur. Roman. Tom. III. p. 1210 seq.

III.

De mercede famulorum error communis profligatur.

Quae in iure prouinciali Saxonico Libr. 1. art. 22. de mercede famulorum sunt prescripta, ea profecto ob acquitatem, recentioribus Germanorum legibus, plerumque

rumque fuere confirmata. Verba ita iacent: von dem Erb soll man erstlich dem Ge-
sind geben ihren Lohn, so viel ihm gebürt, bis an den Tag, da ihy Herr starb, und
man soll sie halten bis an den dreyzigsten, auf daß sie sich mögen beschicken, oder an-
derweit vermieden. Will aber der Erb, so sollen sie für voll dienen, und auch ihren
Lohn darum empfahen. Ist ihnen aber zu viel Lohns herausgegeben, sie dürfen es
nicht wiedergeben. Verleugnet man ihn auch ihres Lohns, es sey von einem ganzen
Jahr, oder von einem halben, sie mögen wohl auf den Heiligen erhalten, wie viel man
ihnen noch schuldig ist. Ex quo loco apparet, famulis ex hereditate iure praecipuo
praefandam esse mercedem, eos non statim, postquam dominus ex vita migravit,
posse e familia expelli, sed usque ad diem tricesimum esse retinendos, iisdem quo-
que permitti, vt, quanta ipsiis debeat merces, iurecurando confirment. Quae qui-
dem omnia vi acquisiti naturali maxime sunt consentanea, ita quoque legum Ger-
manicarum conditoribus vehementer fuere probata. Sed irrepit quadam in forum
opinio, ius scilicet praelationis in concursu creditorum ministris non esse tribuen-
dum, nisi eo tempore, quo dominus mortuus est, vel ad incitas redactus, in aedi-
bus domini adhuc commorati inque eius seruitio reperti fuerint. Ita enim sibi per-
suasere, vt alios omittamus, viri in rebus forensibus versatissimi, Christophor. Phi-
llipp. Richter *de iur. et priuileg. creditor.* cap. 2. membr. 3. n. 11. et Benedict. Carpz-
uius *Part. i. constitut. 28. def. 25.* Sed haecce opinio debetur auctori glossae Ger-
manicae, qui nulla idonea ratione adductus, restrictionem valde iniquam loco su-
pra excitato adiecit. Cur enim famulis, qui iam ex domo atque familia domini
excessere, mercedem adhuc debitam durius denegare velimus, curque solo discessu
vel mortis eventu subsecuto, eorum conditionem fieri deteriorem, statuamus, gra-
uis satis ratio non exstat. Commiseranda potius est flebilis hominum tenuiorum
conditio, qui eam, quam duris seruitiis compensare studuere, mercedem, iusto
tempore non assecuti sunt. Nec mora domini fidelis ministro fraudi esse debet.
Repudiarunt igitur opinionem friuolam variis Iureconsulti celeberrimi, vti Samuel
Stryckius in *animaduersoribus.* ad Io. Brunnemannum de processu. *concurso. creditor.*
Cap. 5. §. 16. Berger in *Elekt. disceptation. forens.* Tit. 42. obseruat. 5. not. 1. qui
etiam obseruat, collegia Vitembergensia in contrariam sententiam pronunciasse,
atque Quintus Septimius Florens Riuinus in *Enunciat. iur.* Tit. 42. §. 23. Sic quo-
que ordo noster anno 1772 mense Februario a Io. Augusto Rodio, Consiliario Des-
fauensi consultus, in Andreas Hüffers *Schuld- und Priorität-Sachen*, de iure re-
spondit, vbi etiam merces promissa in classe secunda, si creditor prius jurato eius
quantitatatem asseuerasset, fuit collocata, additis his rationibus decidendi: dennoch
aber und dieweil die Meynung, als ob nur diejenigen, welche zur Zeit des Ablebens
des debitoris communis, oder auch zur Zeit des entstandenen Concurses sich in dessen
Wohnung, Lohn und Brod befunden, das rückständige Dienstlohn zu fordern befugt,
in denen gemeinen Sachsischen Rechten nicht begründet,

Ius prouinc. Saxon. Libr. 1. art. 22.

Berger in Oeconom. iur. Libr. 4. Tit. 31. §. 2. not. 3.

dieser

dieser Vorzug aber nicht nur dem eigentlich so genannten Gefunde, sondern allen denen, welchen von dem gemeinen Schuldnern ein genissches Salarium ausgemachet worden, und welche in seinen Diensten gestanden und zu seiner Familie mitgerechnet worden, vergönnet wird,

Riuinus in Enunciat. iur. Tit. 42, 24.

Ceterum lectu digna de mercede famulorum eiusque in concursu creditorum praerogativa, obseruauit Dauid. Meius ad *ius Lubecens. Part. 3. Tit. 1. art. u.*

III.

Postumus amplius exheredari non potest.

Postquam vaga testandi licentia prudentum consilio fuit coercita, illud ius primo moribus introductum, postea vero legibus comprobatum est, vt liberi vel heredes instituerentur, vel rite et nominatin exheredarentur. *L. 30. D. de liber. et postum.* Haec vero regula non solum liberis iam natis, sed etiam nascituris profuit, ita quidem vt et postumi, qui testatore adhuc viuo nati, ei heredes sui extitissent, eadem fuerint comprehensi. Nam et hi, licet post obitum testatoris deum nascerentur, adgnatione testamenta rumpebant. *Vlpianus in fragment. Tit. 22. §. 15 seqq. L. 3. D. de iniust. rupt.* Caussae exhereditationis olim nondum erant definitae, et saepe accidit, vt liberi, quamvis nihil peccasset, iniusto patris odio a bonis repellerentur. Saepe quoque partus postumus ex odio mariti in vxorem ab hereditate excludebatur, id quod ex *I. 33. §. 1. C. de inoffic. testament.* clare perspicitur. Cum vero Iustinianus in *Nouell. 15. cap. 3.* sanxerit, vt liberi non, nisi ex caussis ibidem sigillatim expositis, exheredes scribi possint, sequitur, vt in postumos amplius haud cadat exhereditatio. Etenim hae caussae omnes communii nituntur fundamento, facto scilicet impio, quo liberi pietatem parentibus debitam violarunt, atque sese tamquam ingratos gesserunt. Hanc vero rationem ad postumos nullo modo accommodari posse, satis manifestum est.

Wittenberg, Diss., 1774-76



5b.





OBSERVATIONES
IVRIS ROMANI ET SAXONICI
Q V A S
P R A E S I D E
D. G E O R G I O S T E P H A N O

PROFESSORE INSTITVTIONVM ORDINARIO CVRIA
PROVINCIALIS SCABINATVS ATQVE COLLEGII
IVRECONSVLTORVM ASSESSORE

DIE VIII IUNII A. R. S. CICICCCCLXXVI

H. L. Q. S

PUBLICA DISCEPTATIONE DEFENSVRVS EST

CAROLVS GOTTFRID. BIRLING

LEVCOPETRENSIS



SPECIMEN *III*

VITEMBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRIST. DÜRRH ACAD. A TYRIS